Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-568166-p0001-7

Tomus XIII
Miscellaneor. Philolog.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-568166-p0002-2

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡
ቅዱስ፡ አሐዱ፡ አምላክ።

Exercitatio Philologica

è Literatura

GRÆC:
HEBR:
CHALD:
SYRIAC:
ARAB:
ÆTHIOP:

Quam PRÆSIDE
AMPLISSIMO, EXCELLENT. PRÆCLAR.

DN. ANDREA SENNERTO,
Orientalium L. P.P. Meritissimo, Facult. Phil.
p. t. DECANO Spectatissimo, Dn. Præceptore ac
Promotore honoratissimo,

Edit, Et Eruditorum Examini Exponit

MICHAEL THEODOSIUS SELDIUS,
BELTZIGIENSIS MISN.
AUTOR,

Ad diem XIV. Junii Horis antemeridianis.

Luth. T. 2. Jen. Germ. p. 458.

Wir werden das Evangelium nicht wol erhalten / ohn die Sprachen. Die Sprachen sind die Scheiden / darrinnen das Messer des Geistes stecket. Sie sind der Schrein / darinnen man dis Kleinot trägt / sie sind das Gefäß / darinnen man diesen Tranck fasset / sie sind die Kemnot / darinnen die Speise lieget / ja sie sind die Körbe / darinne man diese Brod / Fisch und Brocken behelt.

WITTEBERGÆ,
Apud JOBUM WILHELMUM FINCELIUM,
ANNO clↄ Iↄc LI.

Erisſimè dixit, qvicunq; dixit היום קצר והמלאכה מרבה: *Dies brevis, opus multum*, vel ut *Hippocr. d. medic.* aph. 1. *Vita brevis, ſcientia longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, judicium difficile.* Verum hoc in totâ Philologiâ, inprimis v. in L. Orientalibus. Exempla qvædam hac vice exempli loco proponemus, exemplum reſpicientes *Bernh. Serm. 16. in Cant.* qvi ſe in minimis curioſum eſſe dicit, cum Scr. ſint apotecæ Sp. S., monitum etiam attendentes *Hieron. in Eccl. 1.* qvi diligenter, ait, ponderentur verba & phraſes Script. qvē habeant ſenſum, & qvomodo alibi in Script. uſurpentur, dicterium deniq; perpendentes *Ebr:* אין בתורה אפילו אוד אחד שאין יש בה תלויים הרים גדולים: *Non eſt in lege ſignum unum, a qvo non pendeant magni montes*, vel ut *A. Poſſevin. in Biblioth. Sel. In Hebr. Scr. tot Sacramenta ſunt, qvot literæ, tot myſteria qvot puncta, tot arcana qvot apices*, unde *ſingulos apices Scr. S. tuendos eſſe*, vult *Heinſ. in Exerc. S. ad. Luc. 19. p. 192.* Omnem interea ſuperfluitatē vitabimus, ut & id Rabbinorum מרברים [ut vocantur à *R. Moiſe Maimonid. in More Nevoch. P. 1. c. 73.*] in nos qvadret: מי שמנע מהמותרים ישבח עצתו השכל *Qvi prohibet ſe a ſuperfluis, laudabit conſilium ejus intellectus.* Qvia a. כל הרוצה לעשות שום דבר יאמר אם גזור השם ואם אינו אומר לא יצלח לעולם: *Omnis volens incipere qvicqvam, dicat prius, Volente Deo, Sin, nunqvam feliciter ſuccedet*; Ideò & nos, ne laterem lavemus, & hîc *R. Akibba è Bavakema f. 95.* loqvatur nobis: צללת במים אדירים והעלית חרס בידך:

Demisisti te in profundum aqvarum validarum & eduxisti testā manu tua, hoc nostrū بسم الله الرحمن الرحيم *In nomine Dei miseratoris misericordis*, incipim9, qvo freti rem, utut difficilem, aggredimur: juxta illud Arabum تطعّم تطعم [?] *Gusta cibaberis* Sit E.

GRÆC. 2. Cor. XII. v. 7.

§ 1. Σκόλοψ qvod semel 2. Cor. XII. 7. occurrit, qvid propriè notet, diu certatum, nec dum certaminum finis, Et *Philologi* & *Theologi* hanc controversiam faciunt suam. Agemus nos id, qvod muneris nostri reqvirunt partes, observantes illud insuper *Arabum* لا تنظر الى من قال بل انظر الى ما قال ✲ *Ne respice ad eum, qvi dixit, sed respice ad id qvod dixit.* Notat a. non morbum, ut vult *Thom. d. Aqvin.* nec in specie vel *morbum Iliacum* ut *N. Lyra*, vel κεφαλαλγίαν à Diabolo immissam ut *Hieron* & *Oecumen.* vel ὠταλγίαν ut *Tertull. d. pudic. n. 13.* vel alium corporis dolorem, à qvo vehementer exagitatus, qvam opinionem *Gloss. ordinar. Augustino* in ψ Domine non est, adscribit. Nec notat ἐπιθυμίαν seu libidinis incentivum, qvod carni penitus infixum teli instar, ita Jesuitæ *Ecc. Ench l. d. cœlib. cler. Grets. Prædic. Vapul. it. Beza. Flac. in clav. col. 817. 1174.* concupiscentiam pravam in genere, *Haymo* Episcopus *Menoch.* h. l. & *Bell. l. 2. d. monach. c. 30. p. 441.* æstum libidinis in specie intelligunt, qvos seqvitur & *Scapul. in Lex. Græcol. ad h. v.* Nostra mens si explicanda, putamus haud parum è nativa vocis σκόλωπος significatione hanc erui posse, intelligi h. l. scil. *summam tentationum acerbitatem & exqvisitissimos dolores*, qvos in tentatione expertus est: Qvalis vero illa tentatio fuerit? Specietenus sciri neqvit, qvod & rectius ad aliam mittimus cathedram. Obiter tamē hæc qvasi tangimus. Qvidam hanc tentationem ortam dicunt è

ψeuo

ψeudo Prophetarum & Apoſtolorum excitatione, ita *Ambr. Chryſ. Theophyl. Cornel. à Lap. Eraſm.* & *D. Frantz. d. interp. Scr. S. orac. 78. Muſcul. h. l.* qvi adverſarios Pauli intelligunt; inter *Wolff. Muſculi* tamen & *Franz.* ſententiã diverſitatem notat *D. Glaſſ. P. I. medit. Sacr. p. 548.* Qvidam è recordatione peccati *D. Tarnov. in Medull. Epiſt. p. 88.* Alii è recordatione perſecutionis *D. Rung. Diſp. XIV.* h. l. dubium non eſſe, ait, deſignari ſingularem qvandam arduamq; tentationem corporalem vel ſpiritualem aut etiam mixtam, approbatq; *D. Tarn. d. l.* Nos ſi aliqvid & hîc pronunciandum, de internis cordis & animi afflictionibus exponeremus, cum D. Balduin. *Com. h. l.* D. Glaſſ. *d. l.* D. Oſiand. *in 2. Cor. 12.* D. Gerh. *T. 7. L. Th. p. 873.* D. Luth. *in Schol. marg.* & *Coll. menſal. p. 254.* Tunger. *Anal. p. 157.* Calvin. *h. l.* Aret. & Marlorat. *Com.* Chamier. *T. 3. L. 20. c. 19.* Recteq; Val. Herberg. *P. II. magnal. Dei p. 384.* ita Pauli exponit mentem. q. d. Ich wolt lieber lebendig geſpieſſet werden wie Bladus Dracula in der Moldaw 2000. Menſchen geſpieſſet / das die Vögel in ihren Bäuchen geniſtet / darüber ſich auch der Türckiſche Keyſer entſetzt hat. Ac Confirmare videtur hanc ſententiam ipſa Pauli exclamatio, alibi ipſi Rom. VII. 24. extorta, ubi ſc. ex intimis: Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος q. d. τλάων πῶρον qvi premor aſſiduè oneribus calamitatum Syr. ܕܘܝܐ ܐܢܐ ܒܪܢܫܐ i. e. non tantum *miſer*, ſed & *doloroſus*, doloribus refertus, imò vel oppreſſus, qvomodo ejus derivatum ܕܘܘܢܐ Rom. III. 16. ita ſumitur, Multi ſane ob id ipſum dicunt Paulum in corde ſingularem portaſſe crucem, qvam ſecum in ſepulchrũ traxerit. Qvod & vox ipſa σκόλοψ evincit, ut & antea monitum modò, qvæ proprie notat ſudem vel palum præacutum, qvi corpori impingi poteſt, vel ut

Tarnov. notat aculeum palumq́; præacutum, qvo vel maximo cum cruciatu apud Barbaros facinorosi qvidam transfiguntur, vel pedes, si nudi, & eo [σκόλοπι] si minor pedes gravissime læduntur, ac si qvis per silvas, cœduas aut spineta inceda.

HEBR. Job. XXXIIX v. 36. §2. שכוי semel in Bibliis sc. Job. XXXIIX. 36. occurrens, qvid ibi notet, disqviritur. Vulg. vertit *Gallum*. Totus contextus in Ebr. hic מי־נתן לשכוי בינה Vulg. *Qvis dedit gallo intelligentiam.* Targ. in alter. vers. h. l. לתרנגולא ברא כיונתא *Gallo silvestri intelligentia* sc. ad laudandum Dominum suũ, ubi Rabb. Per תרנגל nil aliud intelligunt qvam gallum ita *R. Levi BenGerson.* הוא שם מענין ההשגחה וההשקפה *vox* שכוי *est nomen auguris prospicientis*, vel ut *R. Kimch.* hanc vocem *subtiliter aspicientis*, exponit, sc. *tempestatem*, qvod & confirmant R. in ברשית רבה clarius בערביא צווחין לתרנגולא סכויא In *Arabia* gallum vocant סכויא ut & *Africani t. R. Simeon.* Gallum תרנגל appellarunt cit. *Buxt. Lex. p. 803. Chald.* aliàs Qvis dedit ללבא *in cor. Arias M. contemplationi intelligentiam* [Hæc versio *AriæM.* occurrit in *Bibl.* sed in l. *Joseph. s. d. arcan. serm. p. 81.* etiam vocem Galli assumit.] LXX. ποικιλτικὴν ἐπιστήμην *scientiam plumatam*, opere plumario & polymitario variegatam [Probabile ex hac plumata scientia ortam expositionem *Vulg.* per gallum] Munst. *in transl. &* ספר השרשים exponit per vocem: *Cordis:* cum cor sit sapientiæ receptaculum Pagn. Tigurin. *intellectum intelligentem* L. & A. Osiand. *cogitationes intelligentes.* Tremell. *menti.* Qvid E. in tanta versionum varietate faciendum? Cui credendum? Nobis h. l. illud *Rabbinorum* placeat איזהו חכם הלומד מכל אדם: *Ecqvis Sapiens? qvi discit à qvovis homine.* Nos interpretationem meliorem addere

neqvi-

neqvimus, qvam ipsa antecedentia & consequentia [consilium hoc suggerente D. Frantz. *d. int. Scr. p. 89.* pio illo, ut a Sixt. Amama *consil. d. stud. L. Ebr.* vocatur Witteb. Theologo] considerando. Præcesserat scil. בַטֻחוֹת qvod vertunt *Targ.* & *Arias M.* in renibus. cum renes dicantur a טוּח levit & obduxit, ut pote adipe obducti. *Vulg.* in visceribus *Luth.* ins Verborgen/vel clarius in *Glos. marg.* ins Hertz/qvia sc. adeps renum occultissimi cujusq; Symbolum, notante ad h.l. D. D. Glass. in *Χριστολογ. Mosaic. Diss. V. §. 28. n. 4. p. 160.* LXX. *γυναιξὶν ὑφάσματος mulieribus texturæ* [Error ortus è permutatione ד & ח ac si nomen esset a. R. טָוָה nevit] seqvitur חכמה qvod non experientiam vel notitiam simplicem, sed accurratè talem *σοφίαν* notat, nunqvam in qvantum memini, in malam sumitur partem, pro tali sapientia ornata, qvibus homines decipiuntur, uti *I. Drus.* 2. Pet. I. 19. *σεσοφισμένοις* hoc ipso מחכמים qvod Prov. XXX. 24. legitur, illustrat, cum illud in bonam & malam, hoc semper in bonā partem sumtum inveniatur, unde *Targ. Hieros. vocem* בראשית Gen. I. reddit בחוכמה *in sapientia*, sine tamen fundamento firmave ratione. Additur בינה a. R. בון vel juxta alios בִין animadvertit, intellexit, qvod juxta substratam materiam non tam de iis, qvæ externè sensibus obvia qvam de iis, qvæ intra mentis limites formantur, dicitur, hinc נבון intelligens Gr. *σύνετος*. His jam præmissis שכוי de corde exponimus & assurgimus *R. Aben Esræ* qvi ita in h. l.: לשכוי הוא הלב כמו עברו משכיות לבב *Cor illud est, ut scriptum transiverunt in cogitationibus cordis* Et *Chald.* qvi ita בכלין חוכמתא או יהב ללבא בינתא *Qvis posuit in renibus sapientiam, & dedit in cor intelligentiam?* Ita & vertunt *Mos. Gerundens. Abrah. Pherit.* apud *Drus. in vers. Schol. p. 869. Luth.*

Wer

Wer gibt verständige Gedancken. Cadunt E. reliqvæ versiones, inprimis eæ, qvæ שׂכוי de gallo exponunt, qvæ tota ferè confusio oritur è versione illa Romanorum, qvæ qvantis pateat & scateat vitiis *Graphicis, Etymologicis, Syntacticis, Diæreticis, Ellipticis, Pleonast. chronograph. Topograph. Dogmat. Historic. &c.* jamdudum aliàs collegerunt E. Luth. D. Chemn. *in Exam. C. T.* D. Osiand. *in Bibl.* D. Finck. *clav. Scr. S.* D. Hunn. *T. 2. in Exam. controv. gener. l. 2. c. 2.* D. Hütter. *l. d. V. D. Disp. XX. Bell. opp. D. VI. p. 112. seq.* D. Meyfard. in *Suscitab. cleric. seu Abs. abs. abs. Papist. abs.* D. Gerh. *Conf. Cath. T. 1. p. 245. & Exeg. T. 1. p. 562.* D. Nigrin. *d. Papist. Scr. contemt. p. 299. seq.* D. Brochm. *T. 1. Theol. S. p. 40.* D. Hülsem. *animadv. T. 1. cont. Bell. c. 5.* §. 8. *seq.* D. Glass. *Phil. Sacr. l. 1. tr. 2. p. 276.* D. Calov. *Crit. Sacr.* D. Walth. *in Officin. Bibl.* D. Matth. *in Syst. Theol.* Dn. Parens *in Papism. irreconcil.* §. *91. p. 109 110.* E Calvin. Guil. Wittak. *Disp. d. Scr. S. contr. Bell. & Stapl. A. 1588.* Dan. Chamier *T. 1. Panstr.* Sixt. Amama *l. 1. Antib. c. 4. p. 58. seq.* E. Papistis qvoq; Xantes *Pagnin.* Dominicanus Monach. in *præf.* & *Arias M.* [qvorum tamen versio ut Hebræo proxima ab Academ. *Parisiensi* & *Lovaniensi* approbata, & hic à Greg. XIII. dilectus filius vocatus *vid. Possevin. Apparat. sacr. t.* Arias] Fr. L. Burgens. *ad Mt. 7. 6.* Jansen. *com. Marc. 1. 16. VV.* ut vitiosam relinqvunt, imò Azor. *l. 8. Inst. moral. c. 3.* interpreti, non scribis, errores assignat, eosq; ut *Isidor. Clarius Brixianus* refert DCCC. Adde Sixt. Sen. *l. 8. Bibl. hær. 13. p. 676.* Salmer. *ad Act. 1.* Joh. Dried. *l. 2. c. 1. Est. Com. Ebr. 13. 14.* Andrad. *l. 4. def. Trid. Morus in Epist. ad Dorpiū* Thom. Jan. *Angl. in Bell. Papali s. concord. discord. Can. l. 2. L. c. 15.* Erasm. *præf. not. N. T.* qvi qvid de Vulgatâ sentiendum, satis exponunt, ut merito castigetur ridicula illa allegoria Fr. Ximenii Cardinal. qvi in *præf.*

Bibl.

Bibl. Compl. VV. vocat Jeſum medium inter Hebr. & LXX. ut latrones. Sed hæc ad Theologos. Abeat E. VV. cum ſuo gallo uti hîc, ita & duobus aliis in locis Prov. XXX. 31. & Eſ. XXII. 17. [de qvibus alio tempore fuſius agemus] & veras vocum Ebr. diſcat interpretationes.

§. 3. כרובים An *Hebr*. An *Chald*. vox inter Philologos CHALD: disputatur. Qvot capita hîc tot ſententiæ, ſuum cuiq; Gen. III. caput ut pileus eſt, ut *Terent*. & *Horat*. jocantur. Qvi- v. 24. dam enim volunt eſſe I. vocem Ebræam primitivam & notare imaginem humanam ſed alatam, ita *Schindl. Buxt*. in Lex. *Zanch*. qvomodo & *Aven*. in Lex. ad h. v. & *D. Gerh*. Diſp. Iſag. XII. p. 495. כרוב accipiunt. 2. Alii כ exponũt per ſicut & רוב vel רִיב per rixatorem, ut Cherub Germ. ſonet, wie ein Streiter/ Ita *Scheræus in Miſcell. hierarch. p. 15. ſeq*. Alii 3. vertunt Qvaſi Magiſter *Crell. in Promt. bibl. ſeu* Concordantz-Bibel/ *p. 130*. a. כ & רַב q. d. ſicut Rabbi. Alii 4. ut Aug. *T. 4. l. d. eſſ. div*. Cornel. à Lap. *Com. in Exod*. Iſidor. *l. 7. Orig. tr. d. Ang. c. 5*. vertunt Cherubim plenitudinem ſcientię, deducentes à נכר ſcivit, novit & רב multum Unde Cornel. à Lap. *in Exod. 25. f. 540*. Hieron. *in Eſ. 6*. Lombard. *2. ſent. diſt. 9*. Origen. *hom. 10. in Num*. Pagn. *in Eſ. 37. 16*. Perer. *l. 6. in Gen. p. 228*. ita eos dici aiunt, qvia præ aliis in ſcientia eminent. Ipſe *Dionyſ. c. 7. d. Hier. cœl*. docet כרובים & שרפים multas qvæſtiones qværere & diſcere à Chriſto & illam inprimis מי־זה בא מאדום Huic Angelo reſpondet Chriſtus אני מדבר בצדקה רב להושיע Ita & cum qværunt מי ברא אלה Eſ. XL. reſp. per תמורה Cabal. ברא אלהים Alii 5. ut *Mercer. Prad. Villalpand. & Rivet*. Com. Exod. 25. 18. f. 149. a רכב eqvitare, inſidere deducunt, hinc רכוב vehiculum, Si transponatur [dicunt] fit כרוב. *Delrius in Gen. 3*. ait כרוב eſt qvs. רכוב currus. Alii per inverſionem deducunt à

ברך benedictionem & maledictionem notante. Tantem *I. Druſ. R. D. Kimchi* & alii deducunt præmiſſa כ notâ ſimilitudinis à *Chald.* רביא puer, infans, cujus R. רְבָא creſcere, augere, in Pael nutrire, educare Vid. Becm. *l. 1. d. orig. LL. p. 972.* qvam Luth. in *Gen.* & Marin. *in arca Noe* opinionem ſeqvuntur, qvam & nos originationem hâc vice exercitii gratiâ ſeqvemur, non qvidem ac ſi *Chald.* ab *Hebr.* filia à matre [ut eas vocat *L. Fabric. præf. Gram. Syr. Crines.*] ſuam nanciſcatur originem, ſed id peculiari intimæq; adſcribimus, qvæ inter has intercedit, cognationi. Inde רבים pueri, adoleſcētes, qvi ſc. ſtaturâ creſcunt & augentur n. *Fagio ad Paraph. Chald. Gen. 3.* Add. *D. Glaß. P. 1.* med. Sacr. *præf.*

§. 4. ܡܫܬܡܠܝܐ Gal. V. v. 6. An *paßivè An activè* explicandum, inter *Luth.* & *Papicolas* diſceptatur. Solent hiſc. verſionem hanc Syriacam non tantum citare vel defendere, ſed & adverſarios ex hac convincere uti *Adam. Conzenio* ſemper *lucis & roboris hæc ad ſua firmanda, adverſariorum debilitanda ſuppeditat* In *proœm. ſup. Evang. q. 6. p. 23.* Menoch in *proleg. Scr. S. c. 16.* hoc qvoq; inter *ſingularem Syr. verſionis utilitatem* ponit, qvod & facit Corn. à Lap. *in præf. Ep. Paul. n. 6.* Ipſeq; Bell. commodū hujus verſionis inter alia Lutheranos mendacii convincendi vocat *T. 1. L. 2. d. V. D. c. 4. p. 79.* Fit & hoc noſtro in loco, ubi *Bell.* vocem ܡܫܬܡܠܝܐ exponit Perficitur ſc. *agitur, movetur, formatur & qvs. animatur* per dilectionem, vel uti *Verſio* Fides *operatur* [Bonus ille Grammatiſta operari *paßive* exponit] *T. IV. l. 2. c. 4. p. 332.* Id. Staplet. *l. 8. d. juſtif.* inprimis Hugo Grot. *ſup. Jac. 2.* phraſin: Fides perficitur per char. ê Tertull. *ad Marcion.* probare conatur. *Piſtor.*

Die

die Liebe wird thätig gemacht/Emanuel Sa: *exercetur*. Hagerus *in coll. A. C. cum C. T. p. 55. 311.* Fides cum charitate *justificat* [Erigite hîc oculos *Papicolæ*, arrigite aures, ne discedatis à *Concil. Trid.* qvod *sess. 6.* significationem activam arripit: dum τὸ Operatur activè in anteced. exponit. Anathema E. vos omnes estote, h. e. vi vocis apud D. Gerh. *Harm. Pass. & Resurr. J. C. P. 1. p. 276. 277.* Inferis estote dicati, propriis vulneramini pennis, ex vestris armati conscriptionibus, contra vos argumentamur. Recollige te *Bellarm.* ne obliviscaris tui qvi dicis fidē *operari per caritatem* l. 2. *d. justif. c. 5. p. 333.* H.] Est a. ܡܫܬܡܠܝܢܐ Part. Benoni Sing. F. R. ܫܡܠܝ complevit, ad finem perduxit, perfecit, consumsit Rom. VII ܘܫܡܠܝܬ ܒܝ ܟܠ ܪܓܝܓܬܐ *Et perfecit in me omnem concupiscentiam* it. ܫܡܠܝܬ ܒܝ ܡܘܬܐ *Perfecit in me mortem.* In *Ethpaal* ܐܫܬܡܠܝ Perfectus redditus est, Inde Particip. Præs. h. l. Est hinc *Adj.* ܡܫܡܠܝܐ *Perfectus*, & *Subst.* ܫܘܡܠܝܐ *Perfector* ܡܫܡܠܝܢܐ *Perfectio*, qvod præf. ܠ adverbii loco stat, idemq; ac totaliter. De ipsa v. vocis nostræ in Gal. V. interpretatione agendum. Pro *Passiva* qvi pugnant, *ipsam Hebr. L. indolem* assumunt, ubi conjugatio Hithpael iis [Bellarmino inprimis] nunqvam activæ semper passivæ significationis est. Crines. *in Gram. Syr. c. XII.* inter primam passivam Ethpahel & secundum Ethpaël, uti loqvitur, hoc facit discrimen, qvod illa remissiorem hæc duriorem passionem involvat, nullam ibi actionis mentionem faciens. Sepositâ jam responsione κατ᾽ ἄνθρωπον, cum hîc *Andr. Masius* planè dissentiat, dice-

mus qvod res eſt. Ipſam nempe conjug. Hithpaël apud *Ebr.* eſſe recipro cam extra controverſiam, Hinc & *R. Elias* in פירוש ad המלך שבילי הדעת ſeu *ὁδοιπορίαν* ad ſcientiam *R. Moſis Kimch. p. 129.* זה הבנין הוא עצמו סבב לקבל הפעולה An v. hoc ad *Syrias.* applicandum? *Mercero* videtur eſſe *κρινόμενον.* Certum tamen eſt, dari in hac conjug. verba actionem denotantia, non ſolum in *Ebr.* ut התאבל flevit, התגבר invaluit, validus fuit, ſed & *Syr.* ܐܬܓܒܪ viriliter egit, uti ſumitur 1. Cor. XVI. 13. ܐܬܓܒܪܘ *viriliter agite* it. ܐܬܥܫܢ fortis fuit ibid. ܐܬܥܫܢܘ *fortes eſtote* it. ܐܫܬܥܢܘ [ubi fit transpoſitio, qvod in *Syr.* non tantum, ſed & in *Chald.* v. g. אִזְּתַּלַח pro אִתְּזֻלֵּה *Hebr.* & *Arab.* obſervatur] Egere, opus habere ut ܠܐ ܢܣܬܢܩ ܠܢ ܠܡܐܡܪ ܥܠܝܟܘܢ ܡܕܡ *Non opus habemus ut dicamus de vobis qvicqvam* 1. Theſſ. I, 8. Qvod & 2. fons *Græc.* indigitat, ubi ἐνεργουμένη in media, non paſſiva ſignificatione uſurpandum, qvia ſcil. aliàs juxta Doct. Eckard. *in Pandect. Pont. c. 22. q. 5. p. 897.* dicendum non δι' ἀγάπης ſed παρ' ἀγάπης. Conf. activam vocis ἐνεργουμένη expoſitionem Rom. VII. 5. Eph. III. 20. Col. I. 29. 2. Theſſ. II. 7. Jac. V. 16. Rectè E. D. Bald. *Com. h. l. p. 48.* vertit Gr. per operans. *p. 255.* Satis efficax. Doct. Luth. *T, 1. Lat. Jen. p. 413.* Fides operatur & *T. 6. f. 99.* die Liebe iſt thätig/ D. Meiſn. *P. II. phil. Sobr. ſ. 2. c. 1. q. 11. n. 2. p. 510.* Efficax eſt D. Heilbrunn. *Pap. Acath. p. 46.* iſt thätig/ D. Hũn. *q. d. juſtif. p. 179. ſeq.* cõcludit E. eſt effectus fidei. Idẽ arripiunt unà cũ Luth. aliis D. Gerh. *T. 3. L. C. §. 124. p. 1317.* D. Stegm. *Photin p. 470.* D. Hütt. F. C. p. 394 art. 3. D. Hülſem. *in manual. A. C. Diſp. 3. q. 7. p. 120.* & Reformatis Piſcat. *anal. p. 71. & 78.* [vertit Actuoſa eſt] Patres

tres, Aug. d. *fid. & oper. c. 23. T. 4. f. 79. B.* Basil. M. *moral. sum. 80. c. 22. T. 3. p. 512.* Adde 3. qvod 2. Cor. XII. 9. eadem vox Syr. ܣܦܩܐ ܠܟ in eadem forma si passivè exponatur, incongruum imò auditu horrendum gignat sensum. Rectè E. cum D. Finck. *Cent. 1. Leg. Papist.* vos Papicolas alloqvor:

Discite Grammaticen Monachi, qvi negligit illam
A tergo sit huic virga parata comes.

§. 5. Vocem originalis apud Matth. c. VI. 11. linguæ ἐπιούσιον *Arabs* vertit كفافنا (panem) sufficientiæ. Qværitur an recte? Responsio è versionum collatione patebit. Græc. vox ἐπιούσιος variis subjecta expositionibus. *Vulg.* Anno 1520. ed. Lugd. vertit *Substantialem*, ita & *Greg. Basil. Chrys. Theoph.* & hos secutus *Bell.* Ead. An. 1581. Lugd. *super substantialem* h. e. Eucharisticum, qvam seqvuntur Menoch. Barrad. *ad h. l.* Greg. d. Val. *T. 3. D. 6. q. 2.* qvi prose citat *Ambr. Aug. Cypr. Hieron. & LXX.* qvos ita sentire testatur & Isaac Casaub. *Ex. XVI. n. 39. p. 530.* ac si sc. Gr. esset ὑπερούσιος vel ἐπούσιος non ἐπιούσιος. *Marc. Victorin.* consubstantialem *Symmach.* ἐξαίρετον egregium. Rectius *Arabs* h. l. per vocem sufficientiæ, à qvo nec recedunt aliæ. *Syrus* ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ panem *indigentiæ* ut *Guido & D. Martin. præf. N. T. Syr. Tr.* vel *necessitatis nostræ*, ut *Tremell. & Trost. in paraph. Syr.* R. vocis ܣܢܩ Opus habeo, indigeo. *Boderus* succenturiatur *Arabi.* D. Hunn. *Com. Matth. p. 184.* exponit: necessarius. Ita & intelligendum id *Luth.* täglich / ut ut hoc *Papicolis* non sit ad palatum, qvibus rectius vertisset, übernatürlich / sed *Luth.* versionem seqvuntur *V. Angl. Bohem. Danic. Italic. Hispan. Gall.* qvi habent *qvotidianum*, vel ut *Hungaric. & Polonic.* qvi *ad omnes*

ARABIC: Matth. VI. 11.

dies uti *Æthiops* ሲሳየነ ፡ ዘለለ ፡ ዕለትነ ፡ *Panem nostrum qvi singulæ diei nostræ*, cujus versionem tamen h. l. rejicit CL. *Dilberr. Eclog. Sacr. d. 2. p. 52.* Vers. *Hebr. Genev.* חֻקֵּנוּ *addictum* vel ut Bockvvitz in χειραγωγ *p. 208.* qvotidianum, *nobis destinatum.* Alia *V. Ebr. in Christianolog.* D. Ebert. תְּמִידֵנוּ *Münster.* תְּמִידִי Alia in *Tremell.* דְּסוּנְקָנַן *Kirsterus*, **das gnügliche Brod.** *Suidas* ἄρτον ἐπιούσιον vertit panem sustentandis nobis idoneum, hinc & nonnulli interpretes ap. Per. Rev. & Præcellentiss. *Dn. D. Calov.* Patronum meum eminentiss. in *in Crit. Sacr.* §. *178. p. 596.* vertunt ἐπιούσιος per ἐπὶ τὴν ἡμῶν οὐσίαν καὶ τροφὴν ἐπαρκῶν idem & *Theophyl.* ap. Dilh. *d. l. p. 69.* Hieron. *T. IX. ad h. l.* dicit in Evangel. Heb. qvod consuluit (rectius dixisset *Chaldaico*, cum fuerit *Nazaræorum*, qvod Chaldaicum, teste eod. Hier. in *Catal. illustr. Doct. c. 3.*) adhiberi vocem דְּמָחָר crastinum sed malè vertitur, **das Morgende Brod** / potius **das tägliche** / ut idem qvod ἐφήμερον vel ἐπιέτανον **das fort und fort folget** / juxta Piscat. in *Schol. h. l. p. 193.* qva explicatione stante derivatio vocis [ἐπιούσιον] qvâ deducitur ab ἔπειμι, stare potest, cum ab ἐπὶ & οὐσία alias cõveniẽtius originẽ trahere dicatur.

§. 6. Habet & inprimis id, qvod circa hanc versionem *Arab.* notare volo, hæc lingua notatu dignum, qvod mirè ipsam *Hebræam* illustret, non tam in significatione eruenda qvam ipsa vocis originatione investiganda, qvod *Clenardus* & *Zechendorf.* testantur, in *Orat d. lingv. Arab.* ut sanè opus haud pœnitendum inciperet is, qvi ejusmodi *Hebræo Arabismos* colligeret. Exemplum unum & alterum proferemus v. g. De voce שמים qværitur, qvalis ea sit? *Plurimi* derivant a שָׁם & מַיִם qvia ibi aqvæ sunt & Dni miraculo subsistunt Munst. in

ספר

ספר השרשים *ad h. v.* Scher. in *Itin.* ψ*alt.*§.*1148.p.886.* D. Tarn. & alii. Sed hæc derivatio nobis non placet, qvia duo מ concurrerēt & ſic aut expreſſe ponē da, aut ſi unum abjiceretur, per Dageſch lit. compenſanda eſſet, qvod h. l. non fit. *Alii ab* אֵשׁ & מַיִם qvia cœlum ex *igne & aqva* compactum. *Alii* à שָׁאַר & מַיִם qvia ibi aqvæ ſtupendo modo *hærent* qvs. ſuſpenſæ, donec Dei nutu demittantur. *Alii* ſimpliciter ab adverbio loci remoti ſeu longius diſtantis שָׁם vel שמה qvia terra penitus remotū. *Alii à* שמם *deſolatꝰ* eſt, obſtupuit. *Alii à* מוּם vitiū, macula, ut aqva dicatur מַיִם ab *eluendis maculis* ἀντιφραστικῶς qvas opiniones omnes hîc examinare vel refutare animus nō eſt Nos aſſumimus *R. Arab.* سَمَو *altum eſſe, ſtupendum eſſe.* Hinc cœlum dicitur *Ebr.* שמים *Syr.* ܫܡܝܐ *Arab.* سَمَاءٌ *Æthiop.* ሰማይ፡ Porro Vocem אֶרֶץ variis onerant originationibus: *Plurim à* רָצַץ conculcavit, contriv. pedibus, ſed nec hæc aſſumi poteſt, qvia א eſſet litera ſervilis, qvæ præ ſe haberet vocalem longam & ſic non אֶרֶץ ſed אָרֶץ legendum. Qvid? qvod nec *Chald.* ארעא nec *Syr.* ܐܪܥܐ nec *Arab.* أَرْض huic R. accommodari poſſint. *Alii* qvs. אי רָץ qvod exponunt *vel* ἀρνητικῶς qvia ſc. *non currit*, non movetur, ſed ſemper ſtat, *vel* θετικῶς, *qvia* in ea animalia *currunt*. *Alii* cum *Fagio* à רָצָה voluit, qvia ſemper *vult* proferre fructus. Nos ab *Arab.* أرض *humilis depreſſus fuit* P. vocem ראשית vulgo à ראש derivant, verum qvidem ſed Rad. primitiva in Arab. eſt روس *principem conſtituit*, mutato ו in א uti אהוי literæ ſæpe permutantur. P. אלהים qvidam cum *R. Nachm.* qvs. אל הֵם Qvidam cum *Euſeb. & Lombard.* ab אל De qvibus fuſe Theologus noſter *Dn. D. Calov. in Theol. Nat. & Rev.*

Rev. L. III. §. *140. p- 408. Alii* ab Ebr. אָלָה juramento se obligare, adstringere, adjurare. *Alii* cum *D. Glaß. Dieu. Amama* ab *Arab.* أَلَهَ אָלַהּ adorare, qvos corrigit *Fabritius* qvi ab *Arab.* أَلِهَ אָלַהּ de ducit vocem Ebr. אֱלוֹהַּ cujus pl. אֱלֹהִים [contra *Cajet.* & *Tostat.* vid. fusè *D. Walth. Spong. Mosaic. ad Gen. 1. 1. p. 1. seq.*] qvæ R. *Arab.* formaliter colere, [qvam significationem retinent *Æthiopes* qvi Deum vocant አምላክ፡ à R. መለከ፡ *coluit*, qvi super omnia colendus. Unde *Turcæ* suum Deum vocant الله Hinc eorum confessio, qvam non nude recitando, sed genua flectendo, in terram procidendo, se de fatigando, & semimortuorum instar ibi vel tandem jacendo, enunciant, qvæ ita sonat لا اله الا الله محمد رسول الله *Non est Deus nisi Deus Mahomet, nuncius Dei*, & Precatio بسم الاب والابن والروح القدس الله الواحد *In nomine Patris, & Filii & Sp. S. Dei unici*, vel ut Georgievvitz in *l. d. Turc. morib. c. 4.* In nomine *Dei, misericordiæ & Spiritus eorum.* Pergimus ad

ÆTHIOP: §. 7. Æthiopicam versionem, cujus exemplum peti-
Act. II. v. 4. mus ex Act. II. 4. ubi ita: Apost. locuti ዘዘዚአሆሙ፡ በነገሬ፡ ከተለ፡ በሐቀረት፡ *Regionis omnis lingva propria.* Versionem hanc approbamus. *Patres* nonnulli & cum iis *Pontificii* donum lingvarum, de qvo hic versus loqvitur, ita exponunt, ac si *unica lingva pro diversitate auditorum diversi modè fuerit accepta*, imò Hager. *coll. A. C. cum C. T. p. 175.* negat plane Apostolis lingvarum donum datum (à qvo discedit Cornel. à Lap. *in h. l.*) qvam expositionem vi versionis *Æthiopicæ* rejicimus, cui adstipulantur non tam fons Græc: qvi; ἑτέραις γλώσσαις, legit, qvā versiones reliqvæ *Syr.* ܒܠܫܢ ܠܫܢ ܠܡܡܠܠܘ loqvi diversis lingvis *Vulg. aliis* lingvis, ut & *Arias M.* qvi in *margin.* Variis, qvem seqvūtur Drus. *in annot. N. T. P. 2. p. 150.* & Martin. *in anal. Epist. p. 351. 354.* Alii ut D. Hier. VVell. *in Epist. p. 640.* D. Tarnov. in *Nucl. p. 180* novis lingvis: Ambas consistere posse versiones (sc. tum qvæ *novis* tum qvæ *aliis* habet) si d. l. Act. 2. conferatur cum Marc. 16. 17. dici mus cū Pl. Rev. Excell. & Præcl. *Dn. M. Jacob. Großio* Pastor. Hamb. Meritiss. Patrono meo percolendo in *Triad. IV. d. L. O. N. T. contr. Musæum n. 32. p. 114. 115.*

⁘ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ ⁘

01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309

Sb.

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-568166-p0019-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-568166-p0020-2

ለደ፡ ወኒፈሮሙ፡
፡ እምላክ፨

...tio Phi-

...ca

...atura

...EC:

...R:

...ALD:

...IAC:

...B:

...HIOP:

...ÆSIDE

...EXCELLENT.

...AR.

... SENNERTO,

...tissimo, Facult. Phil.

...no, Dn. Præceptore ac

...oratissimo,

...Examini Exponit

...OSIUS SELDIUS,

...SIS MISN.

...R,

...ris antemeridianis.

...rm. p. 458.

...wol erhelten / ohn die Sprachen.
...nen das Messer des Geistes stecket. Sie
...not trägt / sie sind das Gefäß / darinnen
...nnot / darinnen die Speise lieget / ja sie
... Fisch und Brocken behelt.

...RGÆ,

...IUM FINCELIUM,

...C LI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-568166-p0021-8